

# LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

---

BEROLINI  
APVD WEIDMANNOS  
MDCCCCV

# CONSPECTVS OPERIS

	pag.
<i>Conspectus subsidiorum et explicatio signorum . . . . .</i>	VI
<b>PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PER-</b>	
<b>TINENTES</b>	
Cap. I. <i>De singulis legum novellarum syllogis . . . . .</i>	XI
Cap. II. <i>Codices corporis Maioriani (primae syllogae) . . . . .</i>	XXV
Cap. III. <i>Codices Breviarii (alterius syllogae) . . . . .</i>	XXXI
Cap. IV. <i>Codices tertiae syllogae . . . . .</i>	XLIII
Cap. V. <i>Excerpta. Breviarii epitomae. Varia . . . . .</i>	LV
I. <i>Ex syllogis Orientalibus excerpta . . . . .</i>	
II. <i>Ex syllogis Occidentalibus excerpta . . . . .</i>	
III. <i>Breviarii Alariciani epitomae . . . . .</i>	LXI
IV. <i>Breviarii minora . . . . .</i>	LXIII
V. <i>Libri latentes vel deperditi . . . . .</i>	
Cap. VI. <i>Legum novellarum editiones et apparatus . . . . .</i>	LXV
Cap. VII. <i>Crisis legum novellarum . . . . .</i>	LXXVII
A. <i>Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6) . . . . .</i>	
B. <i>Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata . . . . .</i>	LXXXIX
C. <i>Leges novellae Anthemii . . . . .</i>	XC
Cap. VIII. <i>Constitutionum acceptores et tempora locique . . . . .</i>	XCI
I. <i>Constitutionum acceptores . . . . .</i>	
II. <i>Constitutionum tempora et loci . . . . .</i>	XCVI
<hr/>	
I. <i>CORPVS LEGVM NOVELLARVM THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM . . . . .</i>	1
II. <i>LEGVM NOVELLARVM MARCIANI IN ORIENTE PROMVLGATA-RVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT . . . . .</i>	179
III. <i>AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS SEVERI ET ANTHEMII . . . . .</i>	197
<hr/>	
Index titulorum . . . . .	209
Corrigenda et Addenda ad vol. I et II . . . . .	213

integrae illae quidem, praeter Alaricianas solae extant. Illos igitur, quos epitomator vidit, libros prope asuisse a  $\Psi\Theta\Omega$  probabile est, proxime fortasse ab  $\Omega$ , ut nov. Maioriani 4 rubrica docet.

Ad eandem originem referendum est insititium codici *Sangallensi* 731 (vide p. LXII) a. 793 conscripto post finem novellae Valent. 35 (Brev. XII) insertum et novellae Maioriani 6 § 9 fragmentum (90 *utrumque . . . 94 procreentur*) complectens, quod Aegidiani libri epitomatum praebent (cf. Mitteis, *Reichsrecht und Volkerecht*, 1891, 229. 294 not. 1); adhaeret fragmento Pauli sententiarum locus (4, 10, 1. 2) et ipse a Breviario alienus.

*Regino* etiam abbas *Prumensis*, qui a. 915 e vita decessit, in libro altero (II c. 173) tractatus 'de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis' inscripti (ed. Wasserschleben, Lipsiae 1840; cf. Conrat, *Quellen* p. 258 sq.; de Wretschko, *Theod. I* p. CCCXLII) eiusdem novellae Maioriani 6 fragmentum aliud (53 *riduarum . . . 67 partiatur*) ex simili tertiae syllogae codice sumpsit; praescribitur *Ex lege Romana novellarum diri Maioriani*.

3. Breviter denique agendum est de *legibus Visigothorum* post corpus Euricianum et Breviarium Alaricianum datis (de quibus conferas Zeumeri editionem, *MG. LL. Nat. G. Sectio I Tom. I*, potissimum p. XII sqq., praeterea Mommsenum, *Theod. I* p. XXXVI sq.). Codicem Euricianum Leovigildus rex (567—586) emendavit et auxit renovatoque corpore, ut antea Euriciano, Gothos solos uti iussit. Contra Reccesvindus suis praedecessorumque legibus compositis corpore a patre Chindasvindo inchoato et a. 654 confecto cum Gothos tum Romanos uti voluit adeoque Breviarii Alariciani vim sustulit. Accedunt leges a posterioribus regibus, ut Ervigio (680—687), datae. Harum legum omnium quae pertinent ad Novellas capita invenies in laterculo, quem de Wretschko (*Theod. I* p. CCCX sq.) proposuit. Legis Leovigildiana capitula, quae corpori Reccesvindiano inserta inveniuntur sub praescripto *Antiqua*, praeter Alaricianas (ut Valent. 25 § 9 et int.: 1. Visig. V, 7, 11 — Valent. 25 § 7: 1. Visig. V, 7, 13 in fine — cf. etiam *Theod. 2* § 2: 1. Visig. II, 1, 14 pr. [Zeumer, *Neues Archiv* 24, 72 sq.]) etiam novellas in Breviarium non receptas, sed tertiae syllogae soli insertas, adhibuerunt: exemplo est 1. Visig. III, 2, 2 ex parte pendens a nov. Anthem. 1 §§ 2. 3 (cf. Zeumer, *I. l.* 589 sq.). Neque minus Chindasvindus, ut Breviarii primitivi (Valent. 35 § 16 et int.; Marcian. 1 int.: 1. Visig. II, 1, 24 pr. — Valent. 21, 2 § 2: 1. Visig. II, 5, 13), ita aucti Novellas respexit; in lege enim III, 1, 5 (in Zeumeri editione p. 128) a. 644 data novella Maioriani 6 (§ 9) usurpata est. Reccesvindi leges ad Alaricianas tantum novellas spectant (Valent. 35 pr. et § 1 cum int.: 1. Visig. II, 3, 1 — Valent. 21, 2 § 2: 1. Visig. II, 5, 16 — Valent. 25 § 7: 1. Visig. V, 7, 14 in fine). Ervigii denique constitutionis III, 1, 9 rubrica novellam Maioriani 6, 9 saepius laudatam attingit.

### III. Breviarii Alariciani Epitomae.

*Epitomen Aegidianam* (Haenel, Brev. p. XXVsqq. LXXVsqq.; Conrat, *Quellen* p. 222 sqq.) saec. VIII compositam ex codice iam latente vel deperdito Petrus Aegidius Antverpiensis a. 1517 primus edidit. Libros hodie notos Mommsen, *Theod. I* p. C sq. enumeravit; inter quos Novellis carent Ambrosianus A 46 inf., Basileensis C III 1 f. «—ε (vide p. XXXIX), Monacensis lat. 4460, Parisinus nouv. acq. 204. Examinati a me sunt codices qui sequuntur:

Parisinus 4409 saec. X: f. 144v—183; Novellae insunt f. 161v—166v.

Parisinus 4416 saec. IX: f. 10v—72; Novellae habentur f. 42v—50v.

Parisinus 4418 saec. X: f. 1—87; Novellae habentur f. 19v—22v.

Parisinus 4426 saec. X/XI: p. 99—210; Novellae continentur p. 155—166.

Parisinus 4683 saec. X: f. 44v—99v; Novellae insunt f. 74v—79v.

Parisinus 4696 saec. XIII: contextus continetur f. 1—24, 69v—85v (Novellae f. 20v—24v), index titulorum f. 86—89v, Commonitorium f. 89v.

Vaticanus reginae 846 saec. VIII (vide p. XXV): f. 1v—67v; Novellae insunt f. 34v—43v.

— Praeterea indicem regum Francorum (f. 79v) codex memorabilis est propter notas Tironianas ad marginem adscriptas (cf. Schmitz, *Miscellanea Tironiana*, Leipzig 1876) et Capitulare Haristallense (f. 98) a. 779 emissum (*MG. LL. Sectio II Capitularia I* p. 46 sqq.).

Vaticanus reginae 852 saec. X (vide p. XXV): f. 7r—99v; Novellae comprehenduntur f. 62r—71v.

Vaticanus reginae 991 saec. XI (vide p. XXVI): f. 107v—167; Novellae continentur f. 146r—154r.

Epitomae praemittuntur Commonitorium et index titulorum, qui deest in *Parisino* 4409, mutilus extat in *Vaticano* 846. In plerisque exemplaribus, quae examinavi, epitomae ipsi praescribitur *Incipiunt tituli legum ex corpore Theodosiani breviter succincti* (sic in *Parisino* 4409. 4416. 4418. 4626. 4633. *Vatican.* 991). Indici *Parisini* 4418 et *Vaticani* 991 praescriptum est *Incipiunt capitula legum* (om. Vat.) *ex corpore Theodosiani breviter succincti* (desunt haec in *Parisino* 4416. 4626. 4633. 4696).

De adiecticiis Maiorianis supra (p. LX) egi.

*Epitome Parisina* *Epitomae Parisinae* codex unicus est *Parisinus* 10753 (vide p. LX). Liber quid continet, Haenel (Brev. p. LXXIX) accuratissime exposuit. Epitome, quae paasim *scintillae* nomine nuncupatur, inest f. 9r—48; f. 9r—12v sub praescripto *Incipit capitulum de lege romana* index titulorum praemittitur, qui terminatur nov. Theod. XI (= 22), addita sub numero novellarum XII Theodosiani 9, 9 rubrica *de mulieribus q: se propriis serrus iuncixerint*. Novellarum contextus habetur f. 46v—48v, ubi scintilla in verbis *filia curialis* nov. Theod. 22, 2, 162 deficit.

*Epitome Guelserbytana* *Epitomae Guelserbytanæ* librum unicum Guelserbytanum Weissenburgensem 97 saec. IX (cf. Mommsen, Theod. I p. CII), quippe qui nihil valeat ad Novellas, non inspexi.

*Epitome Monachi* *Epitomae Monachi* (Haenel, Brev. p. XXIX sq. LXXXII sq.; Conrat, Quellen 238 sqq.; Mommsen, Theod. I p. CII) libri extant hi, quos omnes inspexi:

*Parisinus* 4403 B saec. VIII/IX: epitome omissio prologo continetur f. 1—95r; singulis libris index titulorum praemittitur. Novellae turbato ordine insunt foliis 49—54. 39—46. 55; praeter textum epitomatum plerumque adsunt inscriptiones et subscriptiones et ipsae epitomatae.

*Parisinus* 4419 saec. X, aliquando Petri Pithoei filii, qui Sichardianae editionis exemplari iam *Parisinae* bibliothecae in repositis (en réserve) F 380 varias ex eo lectiones adscripsit, quarum paucas Cuiacius recepit. Neque minus Fr. Pithoeus, ad quem verba f. 1r inscripta ‘*a. 1585 contuli*’ pertinere verisimile est, codicem contulit. Epitome praemissa prologo habetur f. 2r—76v. Novellae incipiunt f. 32r; inscriptiones fere omnes et subscriptiones inde a nov. Valent. 23 adsunt epitomatae. In fine (f. 76v) novellae Theod. 15, 1 interpretatio inde a 22 nulli adnectitur.

Berolinensis Phillipssianus 1735 saec. VIII/IX (vide p. LVI): epitome, cui Commonitorium prologi loco praemittitur, continetur f. 1v—156; Novellae insunt f. 69r—89v.

*Expositio Lugdunensis* *Expositionem codicis Lugdunensis* 303 edidit tractavitque Haenel (Brev. p. XXVIII sq. 95 sqq.; cf. etiam Conrat, Quellen p. 233 sqq.). Notabilia sunt verba Novellis praemissa, quae ad Theodosiani atque Breviarii compositionem spectant; egit de iis Conrat (l. l. 35. 83 not. 2. 234 not. 4).

*Epitome Curiensis* *Epitomae Curiensis* (legis R. Curiensis), quam edidit Zeumer (*MG. LL.* 5 p. 289 sqq.; cf. Haenel, Brev. p. XXXI—XL; Conrat, Quellen 286 sqq.; Mommsen, Theod. I p. CII; potissimum de Wretschko, ibidem p. CCCXXVII sq.; aliter E. Mayer, *Mitt. d. Inst. f. österr. Geschichtsf. XXVI*, 1sqq.), codices non inspexi. Ad novellas pertinent libri quinque XVII—XXI.

*Sangall. 731* *Sungallensis* 731 (Haenel, Brev. 42; Mommsen, Theod. I p. XCIX) a. 793, fortasse in monasterio S. Galli conscriptus, p. 1—234 Breviarium epitomatum complectitur praemissa indice titulorum. Novellarum insunt libri tres numeris solis notati, scilicet Theodosii, Valentiniani, Marciani; subscribitur *Expl. liber novellarum. dō gracias amen.* Frusta servantur constitutionum ipsarum Theod. 3 et Marcian. 5 (§ 2), praeterea deficientibus interpretationibus, quae in universum integrae extant, Theod. 9 — Valent. 1, 3 (§ 2) — 23 (§ 2 — 4) — 27 (§ 8); in contextu deficiunt nov. Valent. 14, cuius rubrica tantum habetur, et 18 tota. De insiticiis supra (p. LXI) egi. — Codicem Berolinum missum contuli a. 1901.

*Vaticanus reginae* 857 saec. IX/X (Haenel, Brev. 43; Conrat, Quellen 221; Mommsen, *Vatican. reg.* 857 Theod. I p. C), olim S. Marcialis Lemovicensis (Limousin; vide p. XXVI), Breviarium epitomatum f. 78—147<sup>r</sup> continet. Novellarum interpretationes insunt f. 111<sup>r</sup>—123<sup>v</sup>; integræ extant interpretationes Brev. Theod. I — II — VIII — XI, 1 — Valent. I — III — IV, 1. 2 — VI — VIII — XI — Marcian. I — II — III — IV — V, particulae int. Brev. Theod. IV — VI — Valent. XII — Maiorian. I. Reliqua praeter nov. Brev. Valent. IV, 1 subscriptionis frustum desunt. — Codicem inspexi Romae a. 1901.

*Parisinus 4697* saec. IX/X (Haenel, Brev. 41; Zeumer, MG. LL. Sectio V, 1 p. 26; *Parisinus 4697* Conrat, Quellen 221; Mommsen, Theod. I p. CIII) Breviarium epitomatum f. 1—45 continet; ex Novellis (f. 14 sqq.) supersunt Brev. nov. Theod. VII interpretatio integra et subscriptio, VIII interpretatio inde a 103 si quis autem usque ad finem et subscriptio, tum praescriptis (f. 16<sup>r</sup>) *Incipiunt novell divi valentn ag. tituli legum divi valentin ag.* sequuntur (f. 17) Valent. I int. et subscr., VIII textus particula (50 et licet rem . . . . 55 conservent) cum interpretationis principio, VIII interpretatio epitomata et subscr., (f. 18) XII interpretatio epitomata (usque ad 170 custodiri). — Codicem Parisiis a. 1901 inspexi.

*Vaticanus reginae* 982 saec. X (Haenel, Brev. 68; vide p. XXVI) f. 18—33 indicem *Vatican. reg.* 982 titulorum Breviarii cum explanatione continet.

#### IV. Breviarii Minora.

*Berolinensis Lat. fol. 270* (Blume, MG. LL. 3 p. 588 sq.; Haenel, Brev. 17<sup>p</sup>; Mommsen, *Berol. Lat. f. 270* Theod. I p. CII sq.), antea P. Pithoei, tum Rosanbinus, foliorum 16, diversorum codicum laciniæ exhibet (vide p. XLIII). Folio 14<sup>r</sup> saec. IX scripto nov. Valent. 33 textus (incipiens a 10/11 *inpellat*), subscriptio (non omittitur, ut in apparatu indicavi), interpretatio habentur. In folio 14<sup>v</sup> post nonnullorum conciliorum excerpta sub praescripto *Divi Valentini liber II. cap. X* legitur Theodosiani 3, 16, 2 interpretatio (usque ad *transire permittitur* [p. 158, 9]). Folii 15 et 16 cum alia inveniuntur tum constitutiones tres (suppositiciae duae et Sirmondiana prima), quas integras vel ex parte interpolatas esse ex Breviarii novellis Valent. 25. 27. 35 Mommsen (Theod. I p. CII sq. et 240) evicit. — Codicis lectiones in apparatu ad novellam Valent. 33 notavi.

*Parisinus 12238* (= Sangerman. 855, olim 874), qui ut praecedens ex diversorum codicis laciniis constat, folio 129 saec. VII paginis bipertitis exarato haec exhibet: praescriptis *Explicant libri Theodosiani imperatoris feliciter. Incipiunt tituli novellarum diri theodosi* sequuntur rubricæ novellarum Theodosii in Breviarium receptarum adiecta plerumque explanatione, item novellarum Valent., quae terminantur in Brev. nov. VII (Valent. 1, 3) verbis *de indulgentiis reli*. — Codicem Parisiis a. 1901 inspexi. — *Parisinus 12238*

*Excerpta ex Breviarii Novellis*, quae originem ducunt a tertiae syllogae codicibus, supra sub II C tractavi; de reliquis disserere post ea, quae socius operis de Wretschko in volumine primo (p. CCCVII—CCCLX) diligentissime composuit, supervacuum visum est.

#### V. Libri latentes vel deperditi.

Codicum latentium vel deperditorum lectiones ad Novellas spectantes, si praetermittimus *Murbacensis* libri apographum Basileense (nobis C: p. XXXIX sqq.), restitui possunt ex editionibus vel editionum exemplaribus his:

In *Sichardiana editione* adhibetur Breviarii integri codex *Augustensis* (Mommsen, Theod. I p. CIVsq.); vide p. LXV.

*Cuiaciana editio prior a. 1566* utitur 1) codice ad *classem ΣΣ* pertinente, unde Cuiacius novellas Theod. 12 — 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 17 — 26 — 28 — 36 sumpsit: vide p. LXVII sq.,

2) codice Breviarii integri ad *classem E* pertinente, unde Cuiacius Breviarii novellas emendavit: vide p. LXIX sq.

Adnotationes Sichardianæ exemplari *Paris. Réservé F 380* a Pithoeo patre adscriptae (nobis \*A) sumptac sunt ex *Pithoeano deperdito* (vide p. XLIII sqq.), cuius apographum repreäsentat *Parisinus 4420* (nobis A).